

1837

C A S U I S T I C I.

1838

DCCLXIV.

U. 143 Codex chartaceus lat. Sec. XV.
 Folior. nunc 161. f. per duas columnas bene scriptus, rubricisque distinctus orditur a Calendario germanico sat astronomico; indicatur enim quovis mense: *Wye vil weil der tag tagleich hat*, et: *An welbem tag in welber weil pei tag oder pey nacht der Mon new wirt*; idque ad Minuta. Sed *Januarius*, *Febr. Jul. et Augustus* excidere. Reliquorum Nomina der Merczz, der Abrull, der erft Maij, der ander May, der erft herbst mon, der ander herbst mon, der erft Winter mon, der ander winter mon. In *Austria* scriptum demonstrat Festum miniatum Cholomanni martiris 13. Octobr. Accedunt variae Tabulae et Canones pro inveniendo et ordinando tempore ecclesiastico, et brevis Institutio de Decimis, quae incipit: *Quia ex ordinatione ecclesie in quatuor principalibus anni festiuitatibus mandatur, quod prelati et alij seminantes verbum dei populum diligenter ammoneant et bortentur, ut Decimam in effetu integraliter ecclesijs uel clericis quibus debent per soluant. Sed quia non in omnes cadit verbum dei &c. et videtur materiam sacro Sermoni sufficere.*

II. fol. 9. succedit Expositio Evangelii Matthei, cuius Prooeium infit: *Simile est regnum celorum homini Regi. Sic enim patet in accessu &c. et ipse textus: Liber generacionis ihesu christi filij david. Simile est regnum celorum homini &c. Ita uerba exponi pos-*

sunt ad buius libri commendacionem &c. Autorem, cuius fontes pertingunt usque ad Rabanum, Remigium, Bernhardum et Glossem, non reperi, et quaerere defisi, ubi ab eo doctus sum Evangelium dici ab eu, quod est bonum et gelon nunciatio. Definit ille in verbis Evangelistae: Et ecce ego vobiscum sum usque in consummationem seculi.

III. fol. 153. Tractatus de Usura, cuius initium: *Vsura primo communiter quid sit. Respondeo secundum Raimundum. Vsura est lucrum ex mutuo pacllo debitum uel exactum &c.*

IV. fol. 160. p. 2. Incipit epistola beati Eusebij ad beatum damasum episcopum portuensem et ad christianissimum theodonium Romanorum senatorem de morte glorioissimi Jeronimi &c. Spuria illa, jam non semel in his Commentariis relata, saepius prelo prodita, et hic imperfecta.

DCCLXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. R. 1467
 Foliorum 11. f. parte priore currente calamo et mendose exarata exhibet Excerpta miscellanea e Patribus et Philosophis, Sententias varias rhythmis inclusas, quae-dam etiam ad Res Boicas Notata v. g. Agnetem Bernauerim a Duce Alberto dilectam jussu Ernesti Ducis Patris a. 1435. in profecto Colmanni Danubio mersam, Anno 1467. Carmelitarum Coenobium Straubingae fundatum a Duce Alberto, et Alb. Stainhauff Praepo-